

juxta Hebræum verendum esset, *fedus*, auctor hujus epistolæ verterit, *testamentum*.

Αἰῶνος
καὶ
καθολο-
γίου
αἰῶνος

Imo Catholici nonnulli putant Paulum hic rethororum more ludere in voce *diablica*, ut, cum sciret illam *Ezod* xxiv, 8, significare pactum, utpote cum ibi responderat Hebræo *ברית* *berit*, id est pactum. hic tamen eandem accipiat pro testamento. Verum sic Paulus ex amphibologia vocis *diablica* sophisticum argumentum necesse falleretque, dum *federi* et pacto cuilibet tribuit id quod erat testamenti, scilicet ut morte testatoris confirmetur.

ברית
diablica,
et testa-
mentum
idem si-
gnificat

Pro responsione, nota *primo*, Septuaginta Hebræum *berit* passim vertere *diablica*, quod proprie testamentum significat, uti verit noster Interpres; hinc in Scripturis hæc tria, scilicet Hebræum *berit*, Græcum *diablica*, et Latinum *testamentum* idem significant.

Testa-
mentum
Hebræo,
latine et
græce
duplici-
ter acci-
pitur.

Rursum hæc tria dupliciter accipiuntur, *primo* generaliter, pro quovis *federe*, pacto et promissione, uti docet S. Hieronymus in cap. iii ad *Galat.*, et S. Augustinus in *Genesis*, locutione 94. Sic capitur passim cum dicitur novum vel vetus Testamentum, id est, nova vel vetus Dei ordinatio, dispositio, promissio (quæ alibi dicitur Dei misericordia et veritas), novum vel vetus pactum et *fedus* inter Deum et homines initum cum conditione servandæ legis Dei. Hoc enim est Dei cum hominibus pactum: Ego Deus stipulor et promitto quod ero vobis, o homines, Deus et pater, vosque mihi eritis filii et heredes, si legem meam servetis. Sic *testamentum* pro *federe* accipitur, *Genes.* ix, 13; *Psal.* lvi, 21; *Psal.* lxxxviii, 4 et 29; *Psal.* cv, 43 et alibi sæpe. *Secundo*, hæc tria specificè accipiuntur pro *federe* testamentario, vel promissione testamentaria, quæ maxime firma et certissima est, id est, pro testamento et ultima voluntate, sive dispositione testatoris. Hanc enim proprie significat Græcum *diablica*, et Latinum *testamentum*; Hebræorum quoque *ברית* *berit*, cum pactum quodlibet significet, recte etiam *testamentum* sive pactum testamentarium, quod extremum et firmissimum est, significat per synecdochen, qua genus pro specie, præsertim perfectissima et nobilissima, accipi solet.

Testa-
mentum
novum et
vetus
utroque
modo est
vere tes-
tamen-
tum.

Nota *secundo*, tam vetus Mosis, quam novum Christi testamentum, utraque significatione et utroque modo jam dicto fuisse testamentum. De novo pacto: *primo* enim novum testamentum fuit novum *fedus* Dei cum hominibus per Christum initum; *secundo* quoque novum testamentum fuit proprie dictum testamentum sive *fedus* testamentarium et mortuarium: tum quia voluit Deus ad peccata nostra iusta satisfactione expianda, ut promissiones novi Testamenti de peccatorum remissione, gratia et gloria, sive hereditate cælesti nobis danda, sancirentur morte Christi testatoris; tum quia, ut hæc nobis darentur, fuit ultima, summa, certissima et firmissima voluntas et promissio Christi, ut hic satis signifi-

cat Apostolus. Hoc est ergo Christi novum pactum et testamentum: Ego Christus vice et nomine Dei Patris promitto tibi, o Christiane, peccatorum veniam, Dei gratiam et amicitiam, ac tandem regnum cælorum, sub hac conditione, si mihi credas, obedias, et mandata mea usque in finem vite serves et impleas. Quæ conditio exprimitur a Christo, *Matth.* xix, 17; *Joh.* xvii, 20 et 24.

Formula
pacti et
testa-
menti
Christi.

Nota *tertio*: Hoc fuit vetus Mosaicum pactum et testamentum, ut satis colligitur ex *Ezod.* cap. xxiv, vers. 8: Ego Deus vobis, o Hebræi, promitto meam opem, benevolentiam et protectionem; legoque vobis regnum et hereditatem quietam et fertilem in terra Chanaan, si leges meas, ceremonias et judicialia præcepta servaveritis.

Formula
antiqua
testa-
menti
fæderis

Unde patet, etiam hoc vetus *fedus* et testamentum utraque significatione et utroque modo jam dicto fuisse *diablica* et testamentum. De priorè patet: est enim pactum cum conditione, ut patet ex formula pacti jam data. De posteriori significatione et modo probatur, quia vetus hoc Mosis *fedus* fuit testamentum typicum, sive typus Testamenti novi, et hereditas sive regnum Chanaan veteri Testamento, typus fuit regni cælorum, quod in novo Testamento promittitur. Rursum, mors victimarum, quibus sanctum fuit vetus Testamentum, *Ezod.* xxiv, typus fuit mortis Christi testatoris, qui sua morte et sanguine sancivit novum Testamentum et ultimam voluntatem suam, uti hic explicat Apostolus.

Vetus
fedus
fuit pactum
cum condi-
tione et
testamen-
tum typicum.

Respondeo ergo et dico, Moses, cum dixit *Ezod.* cap. xxiv: «Hic est sanguis fæderis,» intellexisse *fedus* testamentarium, sive testamentum typicum jam dictum: ideoque recte Apostolum *fedus* illud Mosaicum interpretari hic per testamentum, quia vere fuit testamentum, scilicet typicum. Totum enim vetus Testamentum, omniaque quæ in illo facta sunt, erant umbra et typus Christi reumque futurarum in novo Testamento, adeoque totus scopus et finis veteris Testamenti erat adumbrare et præfigurare Christum, ejusque novum Testamentum: ita ut totius veteris Testamenti ratio, conditio, natura et institutio non fuerit alia, quam hæc, ut scilicet esset figura et representatio Christi et novi Testamenti. Cum ergo novum Christi Testamentum fuerit proprie dictum testamentum, quod morte testatoris, puta Christi, confirmatum est, sequitur et vetus Testamentum fuisse typum novi Testamenti proprie dicti, ac consequenter ipsum quoque vetus fuisse typicum testamentum, mortuarium et proprie dictum. Qualis enim est res in se, talis est et typus ejus in representatione. Cum itaque novum Testamentum in se sit testamentum proprie dicitur, sequitur, idem et vetus Testamentum, quod novi fuit typus, in representatione, sive typice, fuisse testamentum proprie dictum.

Respon-
deo ad
argumen-
tum
Erasmi,
Calvini
et Beza
contra
ancientiora
hujus
epistolæ.

Vetus
Testa-
mentum
fuit testa-
mentum
mortua-
rium pro-
prie dictum
quod ob
tres ratio-
nes.

Fuit ergo vetus Testamentum mortuarium et proprie dictum, *primo*, ob generalem rationem

quam affert S. Augustinus, in cap. iii ad *Galat.* vers. 17, ubi sic ait: «Omnis Dei promissio et *fedus* illam ad dandum bona terrena, » v. g. terram Chanaan Hebræis, « dici potest testamentum, quia quod mors testatoris valet ad confirmandum testamentum, hoc incommutabilitatis promissionis Dei valet ad sancendum sua *fodera* et promissa. »

Secundo, ob propriam et specialem rationem, quia scilicet hoc Dei pactum cum priscis Hebræis erat apud Hebræos illos maxima, summa et ultima Dei voluntas, ac sanciebatur morte victimarum, quas Deus, quia mori non potest, pro se quasi morti addicebat, ut earum morte ultimam suam voluntatem quasi testator sanciret. Sic enim hoc vetus Dei testamentum speciem quandam habebat testamenti proprie dicti et ultime voluntatis, quæ sancitur morte testatoris, dum pro Deo testatore moriturum victimæ Deo consecrate, quibus hoc testamentum sancitur. Quod ut significaret Moses, partem sanguinis victimarum fudit super altare, *Ezod.* xxiv, altare enim hic Deum representat. Deus ergo hic suo quasi sanguine aspersus, itaque suo quasi sanguine testamentum hoc obsignavit et confirmare videbatur. Et hoc est quod hic significat Apostolus, cum ait: «Unde nec primæ (Mosaicum) quidem sine sanguine dedicatum est. »

Terzo, maxime proprie et genuine ad mentem Apostoli, vetus Testamentum fuit mortuarium, sed umbraticum et typicum, uti jam cooperam dicere, quia vetus Testamentum umbra, typus et representatio fuit novi Testamenti Christi, proprie dicti. Unde sicut novum testamentum Christi testatoris morte, ita vetus victimarum Dei mactatione, quasi typica Dei et Christi morte sancitum fuit: ut hoc ipso vetus Testamentum significaret novum Testamentum reali Christi morte sancitum esse. Hanc esse genuinam mentem Apostoli, patet ex vers. 23, ubi concludens ait: «Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his (morte et sanguine victimarum) mundari: ipsa autem cælestia incoloribus hostiis (puta morte et sanguine Christi) mundari quam istis,»

et novi Testam-
enti
magna
concordia
et simili-
tudo.

pro *hi* est sanguis fæderis, ut habet Moses, *Ezod.* xxiv, Paulus verterit, *Hic est sanguis testamenti*, adeoque cur vetus *fedus* Paulus vocet et interpretetur testamentum mortuarium, et proprie dictum, dat hic num. 82 et seqq. Franciscus Ribera: Quia, inquit, vetus Testamentum licet explicite promitteret Judæis bona terrena, tamen implicite suis promittebat bona cælestia et cælestem hereditatem, si cætenus non tantum novum, sed et vetus Testamentum sancitum fuit morte testatoris Christi: nec enim *bona* cælestia cumquam Sancto veteris Testamenti obtulerunt, nisi post et per mortem Christi, qua a figurabat sanguis victimarum effusus in institutione veteris Testamenti, *Ezod.* xxiv. Sicut enim in illo veteri

Christus suo testamento nobis legavit, suaque morte et sanguine obsignavit et tradidit. Denique hunc esse Apostoli sensum patet ex eo, quod ipse toto hoc capite, adeoque tota epistola urget et explicat ea, quæ facta sunt in veteri Testamento, fuisse umbras et typos Christi et rerum quæ sunt in novo Testamento: ergo multo magis urgere debuit ipsum vetus Testamentum, ejusque institutionem et sanctionem fuisse typum novi Testamenti proprie dicti, ac consequenter ostendere vetus quoque Testamentum typicæ et representativæ fuisse testamentum proprie dictum.

Atque hæc est causa, cur Septuaginta, *Ezod.* cap. xxiv, vers. 8, et alibi, Hebræum *berit* non vertant *fedus* vel *pactum*, sed *diablica*, id est testamentum, ut scilicet, innuat *fedus* hoc Mosaicum fuisse testamentum typicum et figurativum testamenti novi, quod Christus testator sua morte obsignavit.

Hæc eadem de causa novum et vetus instrumentum, communiter non novum aut vetus *fedus* vel *pactum*, sed testamentum nuncupare solemus. Idem faciunt Græci: quin et Syrus in textu Syriaco S. Scripturæ retinuit vocem Græcam *diablica*, id est testamentum. Habet enim *ברית* *diablica*: nam apud Judæos et Syros post Alexandri et aliorum Græcorum imperia, Græca lingua ita usitata et trita fuit, ut multa vocabula ex Græco in Syrum transierint, ut *ἐπιτομή* *epitomè* *agressa*, *Matth.* xxvii, 8; *κεφαλαίον* *kephalaion*, *Marc.* xv, 43. Sic *Ευαγγέλιον*, *kephalaion*, *namusa*, a *νύμφη*, id est lex, aliaque multa a Græcis ad Syros traducta sunt. Idem patet ex Philone, Josepho et S. Justino Martyre, qui licet Hebræi essent, græce tamen peritissimè fuerunt, citantque Scripturam non Hebræam, sed Græcam Septuaginta interpretum, quasi tunc vulgatissimam et celeberrimam. Addit Mattheus Galenus, Paulum syriacè scripsisse hic *diablica*, qua voce Hebræum *berit* reddunt et vertunt Septuaginta, *Ezod.* xxiv, 8. Putat enim ipse textum Syriacum, qui extat in Bibliis Regiis, esse autographum Pauli. Sed id mihi non est verisimile, ob rationes quas attuli initio hujus epistolæ.

In Scrip-
tura
multa
vocabula
Græca in
Syrum
transierunt.

Paulus
syriacè
scripsit
diablica
secundum
aliquos.

Quarto, aliam explicationem et causam, cur pro *hi* est sanguis fæderis, ut habet Moses, *Ezod.* xxiv, Paulus verterit, *Hic est sanguis testamenti*, adeoque cur vetus *fedus* Paulus vocet et interpretetur testamentum mortuarium, et proprie dictum, dat hic num. 82 et seqq. Franciscus Ribera: Quia, inquit, vetus Testamentum licet explicite promitteret Judæis bona terrena, tamen implicite suis promittebat bona cælestia et cælestem hereditatem, si cætenus non tantum novum, sed et vetus Testamentum sancitum fuit morte testatoris Christi: nec enim *bona* cælestia cumquam Sancto veteris Testamenti obtulerunt, nisi post et per mortem Christi, qua a figurabat sanguis victimarum effusus in institutione veteris Testamenti, *Ezod.* xxiv. Sicut enim in illo veteri

Vetus
Testa-
mentum
implicite
promitte-
bat bona
cælestia,
quomodo
Christi
morte
confirmata
fuit.

semel in Sancta, eterna redemptione inventa. » Et vers. ult. : « Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; secundo sine peccato apparuit expectantibus se, in salutem. » Rursum cap. x, vers. 12 : « Hic, inquit, unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei. » Et concludens vers. 19, sic ait : « Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum (id est cœli) in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem, per velamen, id est, carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde, » etc.

UT APPAREAT NUNC VULTUI DEI PRO NOBIS. — « Ut scilicet, sicut ait S. Cyprianus serm. *De Baptismo Christi*, semper reservate in corpore Christi plagæ, salutis humane exigant pretium, et obedientie donativum requireant. » *Secundo*, « ut appareat, » id est, apparendo ore et interpellet pro nobis. Est enim catachresis.

23. NEQUE UT SEPE OFFERAT SEMETIPSUM, QUAMADMODUM PONTIFEX INTRAT IN SANCTA PER SINGULOS ANNOS IN SANGUINE ALIENO. — Est hic triplex collatio et antithesis Christi cum pontificibus Aaronicis. *Prima*, Aaronici ingrediebantur in Sancta sanctorum, Christus vero ingressus est in cœlum. Jam ne Hebræi putent Christum cœlum esse ingressum, hac de causa, ut ibi rursus et sæpius seipsum offerat et immolet Patri, itaque æquent Christum Aaronicis sepe suas hostias immolantibus, addit Apostolus *secundo* Jam antithesim : Aaronici, inquit, quotannis requirebant oblationem, quia infirma et insufficientes erant; Christus vero semel tantum se offerens, peccata omnia aboluit, tum præteritorum, tum futurorum sæculorum, nobisque omnibus æternam redemptionem invenit. *Tertia*, Aaronici nati, id est cum sanguine alieno, puta hircorum et vitulorum, ingrediebantur Sancta : Christus vero per sanguinem proprium ingressus est in cœlum (1).

26. ALIOQUIN OPORTERAT EUM FREQUENTER PATI AB ORIGINE MUNDI. — Probat Christum non sæpe se obtulisse et immolasse, sed unica oblatione eternam nobis invenisse redemptionem : quia cum peccata non nisi Christi redemptoris sanguine expiari possint, si unica ejus mors et sanguinis effusio ad omnia omnium ætatum peccata expianda non sufficeret, sed tantum expiaret peccata sui sæculi, ergo debuisset Christus frequenter pati, singulis nimirum sæculis, ut singulorum sæculorum peccata, sua morte et sanguine aboleret : hoc autem est absurdum.

Obijcies : Apoc. XIII, 8, dicitur Christus esse a agnus occisus ab origine mundi. Respondent Aretas, Ticonius et alii in illum locum, quod ab origine mundi referunt non ad

(1) Igitur particula neque non pendet a vers. antecedente 24, sed a 23; atque due diverse partes sunt, sibi edem negatione contra subordinata, non enim vers. 24, et hoc neque.

agnus, sed ad quorum non sunt scripta nomina in libro vite, q. d. Ab origine mundi, imo ab æterno, nomina eorum qui adorabunt bestiam, non sunt scripta in libro vite, sed mortis, id est, reprobi sunt et damnandi.

Simplicius tamen et planius, refers hæc verba ad agnus : dicitur ergo Christus agnus occisus ab origine mundi, id est jam olim ab initio et ante omnia que in mundo et cum mundo creata sunt, quia ab æterno Christus occisus est, id est occidi decretus, præstitus et prædestinatus. Mors enim Christi ab æterno decreta fuit, hominibusque omnibus sæculis proposita, ut eam credendo, sperando, et per eam poscendo peccatorum remissionem, eandem impetrarent. Simili phrasi dixit Apostolus, Deum nobis dedisse, id est, dare decrevisse et prædestinasse suam gratiam ante tempora sæcularia, in *Timoth. 1, 9, et Tit. 1, 2. Vide Can. 36.*

NUNC AUTEM SEMEL IN CONSUMMATIONE SÆCULORUM. — Aliqui legunt, in consummationem sæculorum, et per consummationem intelligunt perfectionem, q. d. Mortuus est Christus ut omnia sæcula suo sanguine expiaret et perficeret. Verum Græcæ verba passim in Scripturis non perfectionem, sed consummationem et finem significat.

Quæres, quomodo in consummatione, id est, fine sæculorum passus dicitur Christus, cum ab ejus passione jam fluxerint 4600 anni, et multi adhuc fluent usque ad finem mundi?

Quæres, quomodo in consummatione, id est, fine sæculorum passus dicitur Christus, cum ab ejus passione jam fluxerint 4600 anni, et multi adhuc fluent usque ad finem mundi?

Respondent Chrysostomus et Theophylactus, « consummationem sæculorum » vocari illud tempus mundi, quo peccata prorsus invaluerant et quasi ad summum pervenerant, quod fuit tempore Christi. Unde Nyssonus, serm. *De Natali Christi*, docet quod Christus imitatus sit medicum excellentissimum, qui fabricanti non succurrit, dum febris adhuc increscit et succenditur, sed dum ea totam suam vim exeruit, omniaque sua evomuit et ad summum pervenit : tunc enim illa viribus suis exhaustis deforescere et subsidere incipit : ita enim et Christus tanquam peritissimus animarum medicus expectavit tempus opportunum, ut manum nostro morbo ante non adhiberet, quam universa malitiæ ægritudo se proderet et exereret, ne ullum mali virus abditum et incuratum reliqueret. Verum hoc sensu, potius dixisset Apostolus, quod Christus apparuit in consummatione non sæculorum, sed peccatorum.

Secundo, Ribera sæcula hæc limitat, intelligit quæ sæcula non quælibet, sed a Deo Patre Christi incarnationi præstita, q. d. Cum consummata essent tempora et sæcula, quæ Pater Christi natalitati et passioni præficerat, tunc natus et passus est Christus. Unde hæc consummationem sæculorum Apostolus vocat *Galat. iv, 4, plenitudinem temporis* : in hæc enim alii venisse Christum. Verum quia Apostolus hæc sæcula non limitat, vincit Tertio, planius accipias ea generatim : ita scilicet, ut omnia sæcula, sive totum sæculum divi-

das in sæculum, quod fuit ante diluvium ; secundo, id sæculum, quod a diluvio fuit usque ad Abrahamam ; tertio, in sæculum, quod fuit ab Abrahamo ad Moysen ; quarto, in sæculum, quod fuit a Mose ad Davidem ; quinto, in sæculum, quod fuit a Davide ad captivitatem Babyloniam ; sexto, in sæculum, quod fuit a captivitate usque ad Christum. Vel brevius et nervosius, sæculum primum est sæculum ante diluvium ; sæculum secundum est post diluvium durante adhuc lege naturæ ; tertium sæculum est legis Mosaicæ et Judæorum ; quartum et ultimum est Christi. Sic Eusebius, qui totum tempus ab Adam ad finem mundi dividit in primum, medium et novissimum, et primum esse ait sæculum legis naturæ, medium esse sæculum legis Mosaicæ, novissimum esse sæculum legis Evangelicæ. Voluit enim Deus ut hæc sæcula Christum præcurrerent, ut ostenderetur infirmis legis tum naturæ, tum Mosaicæ ; itaque anhelarent homines ad Christum et legem Evangelicam. Horum ergo respectu, Christi sæculum est ultimum et consummatio sæculorum omnium præcedentium : quia Christi sæculo nullum aliud succedet, usque ad judicium, sed durabit illud usque ad beatum æternitatis et immortalitatis sæculum. Sic hæc consummationem sæculorum Apostolus, *1 Cor. x, 11, vocat fines sæculorum* ; S. Joannes, *epist. 1, cap. ii, 18, vocat novissimam horam* ; horam, id est tempus, sive sæculum, et hoc sensu Propheta tempus Christi vocant novissimum, quia ultimus hic est mundi status, ultima ætas. Ita vocat illud *Isaias, cap. ii, vers. 2* ; Michæas, *cap. iv, 1, et alibi sæpe.*

AD DESTITUTIONEM PECCATI. — Sed melius Biblia Romana et alii passim legunt, destitutionem. Nam græce est *ἀφαιρέσις*, id est, ad rejectionem, reprobationem et profligationem (ut vertit Vatablus) peccati ; ut scilicet peccatum ab omnibus destitatur, rejiciatur, reprobetur et profligetur. Apte ergo vertit Noster « destitutionem » : opponitur enim *ἀφαιρέσις* *τίθω*, quod significat ponere, statuere ; idem ergo est quod deponere, destituere. Anselmus « destituere » exponit, ita ut idem sit quod deorsum statuere, statuere peccatum, sed obtulit ut deorsum statueret peccatum, ne supra nos, sed subter nos esset. » Que expositio vera est, sed proprietatem vocis Græcæ non assequitur. Syrus vertit *דבבתיהוה* *dabbatteho*, id est, ut concuteret, enervaret et aboleret peccatum ; *דבב* enim significat ita hominem quassare et enervare, ut vix membrum ullum movere possit.

PER HOSTIAM SUAM APPAREUIT. — non in terra : ubi Christus pro nobis obiit, ubi enim ante hostiam suam in cruce oblatam natus et vivens per trinitatem tres annos apparuit ; sed in cælo post mortem et ascensionem apparuit Deo Patri, offerens sanguinem suum, sicut pontifex ingrediens Sancta sanctorum apparebat coram Deo residente in propitiatorio, cum san-

ctus hircorum et vitulorum. Respicit enim ad illud, quod dixit vers. 24, scilicet Christum introisse in cœlum, ut apparet vultu Dei pro nobis, hoc scilicet fine, ut per sua merita et preces, qua Deus offert et representat, gratiam impetret, qua Deus destituat et profliget ab humano genere peccatum, quaque homines gratia hæc Dei et tanta Christi pro se passi et morientis charitate præventi et accensi, sponte sua peccatum destituant, repellant et profligent.

27. ET QUAMADMODUM STATUTUM EST HOMINIBUS SEMEL MORI, POST HOC AUTEM JUDICIUM (supple perest) SIC ET CHRISTUS, etc. — Eximit Hebræos scrupulum et scandalum crucis ; dicebant enim : Si hic est Christus et Messias noster, quomodo mortuus est et crucifixus ? Respondit Apostolus, hæc communem esse naturæ legem, ut omnes homines morti subjaceant ; ergo non mirum si Christus mortuus sit, cum hæc legem nubium et pro nobis homo factus subire voluerit.

Nota : *quædammodum* comparationem exigit, q. d. Sicut omnes homines tendunt ad mortem, ad judicium ; ita et Christus accessit ad mortem, accedente ad judicium, non ut judicaret sicut ceteri homines, sed ut eos judicaret, et fideles suos expectantes salvaret et bearet.

Nota *secundo* *statutum est*, nimirum fixo, immobili et indispensabili decreto Dei. Nam, ut ait *Eccles. cap. xiv, vers. 12* : « Testamento hujus mundi est, morte morietur. » Ita singulis patribus, qui 900 annos vixerunt, additur : « Et mortuus est. » *Gen. cap. v. Pinxit Apelles, inquit Plinius, Alexandrum Magnum tenentem fulgur manu, quasi qui celerrime suo imperio penetravit ab ortu ad occasum, sed rursus celerem dispareturit* ; nimirum, ut de eo canit *Jeremias,*

trunc Pelleo juveni non sufficit oris, Sarcophago contentus erit. Mors soli faletur Quanta sint hominum corporalia.

Refert Petrus Alfonsus, mortuo Alexandro, pures convensisse philosophos, e quibus unus dixit : « Heri totius terre spatiositas Alexandro non sufficit, nunc trium quatuorve alnarum spatium ipsi sufficit. » Aiebat alius : « Christus, inquit, a morte multos liberare, hodie seipsum non potest. » Alius cum aureum ejus loculum videret : « Heri Alexander ex auro feuit thesaurum, hodie aurum feuit ex ipso thesauro. » Alius : « Heri Alexander terram oppressit, hodie a terra opprimitur. » Quid est ergo homo ? fortune lusus, inconstantia imago, corruptionis speculum, temporis spoliium, viator transiens, mancipium mortis, mundi ludicrum. Quisquis ergo mortalis est et moriturus, disce mori.

28. SIC ET CHRISTUS SEMEL OBLATUS EST AD MULTORUM EXHAURIENDA PECCATA. — « Multorum, » id est, omnium hominum ; qui multi sunt, inquit Theophylactus. *Secundo*, pro exhaurienda græce est *ἀνεργάω*, quod offerre, perferrè et sufferre

das in sæculum, quod fuit ante diluvium ; secundo, id sæculum, quod a diluvio fuit usque ad Abrahamam ; tertio, in sæculum, quod fuit ab Abrahamo ad Moysen ; quarto, in sæculum, quod fuit a Mose ad Davidem ; quinto, in sæculum, quod fuit a Davide ad captivitatem Babyloniam ; sexto, in sæculum, quod fuit a captivitate usque ad Christum. Vel brevius et nervosius, sæculum primum est sæculum ante diluvium ; sæculum secundum est post diluvium durante adhuc lege naturæ ; tertium sæculum est legis Mosaicæ et Judæorum ; quartum et ultimum est Christi. Sic Eusebius, qui totum tempus ab Adam ad finem mundi dividit in primum, medium et novissimum, et primum esse ait sæculum legis naturæ, medium esse sæculum legis Mosaicæ, novissimum esse sæculum legis Evangelicæ. Voluit enim Deus ut hæc sæcula Christum præcurrerent, ut ostenderetur infirmis legis tum naturæ, tum Mosaicæ ; itaque anhelarent homines ad Christum et legem Evangelicam. Horum ergo respectu, Christi sæculum est ultimum et consummatio sæculorum omnium præcedentium : quia Christi sæculo nullum aliud succedet, usque ad judicium, sed durabit illud usque ad beatum æternitatis et immortalitatis sæculum. Sic hæc consummationem sæculorum Apostolus, *1 Cor. x, 11, vocat fines sæculorum* ; S. Joannes, *epist. 1, cap. ii, 18, vocat novissimam horam* ; horam, id est tempus, sive sæculum, et hoc sensu Propheta tempus Christi vocant novissimum, quia ultimus hic est mundi status, ultima ætas. Ita vocat illud *Isaias, cap. ii, vers. 2* ; Michæas, *cap. iv, 1, et alibi sæpe.*

AD DESTITUTIONEM PECCATI. — Sed melius Biblia Romana et alii passim legunt, destitutionem. Nam græce est *ἀφαιρέσις*, id est, ad rejectionem, reprobationem et profligationem (ut vertit Vatablus) peccati ; ut scilicet peccatum ab omnibus destitatur, rejiciatur, reprobetur et profligetur. Apte ergo vertit Noster « destitutionem » : opponitur enim *ἀφαιρέσις* *τίθω*, quod significat ponere, statuere ; idem ergo est quod deponere, destituere. Anselmus « destituere » exponit, ita ut idem sit quod deorsum statuere, statuere peccatum, sed obtulit ut deorsum statueret peccatum, ne supra nos, sed subter nos esset. » Que expositio vera est, sed proprietatem vocis Græcæ non assequitur. Syrus vertit *דבבתיהוה* *dabbatteho*, id est, ut concuteret, enervaret et aboleret peccatum ; *דבב* enim significat ita hominem quassare et enervare, ut vix membrum ullum movere possit.

PER HOSTIAM SUAM APPAREUIT. — non in terra : ubi Christus pro nobis obiit, ubi enim ante hostiam suam in cruce oblatam natus et vivens per trinitatem tres annos apparuit ; sed in cælo post mortem et ascensionem apparuit Deo Patri, offerens sanguinem suum, sicut pontifex ingrediens Sancta sanctorum apparebat coram Deo residente in propitiatorio, cum san-

ctus hircorum et vitulorum. Respicit enim ad illud, quod dixit vers. 24, scilicet Christum introisse in cœlum, ut apparet vultu Dei pro nobis, hoc scilicet fine, ut per sua merita et preces, qua Deus offert et representat, gratiam impetret, qua Deus destituat et profliget ab humano genere peccatum, quaque homines gratia hæc Dei et tanta Christi pro se passi et morientis charitate præventi et accensi, sponte sua peccatum destituant, repellant et profligent.

27. ET QUAMADMODUM STATUTUM EST HOMINIBUS SEMEL MORI, POST HOC AUTEM JUDICIUM (supple perest) SIC ET CHRISTUS, etc. — Eximit Hebræos scrupulum et scandalum crucis ; dicebant enim : Si hic est Christus et Messias noster, quomodo mortuus est et crucifixus ? Respondit Apostolus, hæc communem esse naturæ legem, ut omnes homines morti subjaceant ; ergo non mirum si Christus mortuus sit, cum hæc legem nubium et pro nobis homo factus subire voluerit.

Nota : *quædammodum* comparationem exigit, q. d. Sicut omnes homines tendunt ad mortem, ad judicium ; ita et Christus accessit ad mortem, accedente ad judicium, non ut judicaret sicut ceteri homines, sed ut eos judicaret, et fideles suos expectantes salvaret et bearet.

Nota *secundo* *statutum est*, nimirum fixo, immobili et indispensabili decreto Dei. Nam, ut ait *Eccles. cap. xiv, vers. 12* : « Testamento hujus mundi est, morte morietur. » Ita singulis patribus, qui 900 annos vixerunt, additur : « Et mortuus est. » *Gen. cap. v. Pinxit Apelles, inquit Plinius, Alexandrum Magnum tenentem fulgur manu, quasi qui celerrime suo imperio penetravit ab ortu ad occasum, sed rursus celerem dispareturit* ; nimirum, ut de eo canit *Jeremias,*

trunc Pelleo juveni non sufficit oris, Sarcophago contentus erit. Mors soli faletur Quanta sint hominum corporalia.

Refert Petrus Alfonsus, mortuo Alexandro, pures convensisse philosophos, e quibus unus dixit : « Heri totius terre spatiositas Alexandro non sufficit, nunc trium quatuorve alnarum spatium ipsi sufficit. » Aiebat alius : « Christus, inquit, a morte multos liberare, hodie seipsum non potest. » Alius cum aureum ejus loculum videret : « Heri Alexander ex auro feuit thesaurum, hodie aurum feuit ex ipso thesauro. » Alius : « Heri Alexander terram oppressit, hodie a terra opprimitur. » Quid est ergo homo ? fortune lusus, inconstantia imago, corruptionis speculum, temporis spoliium, viator transiens, mancipium mortis, mundi ludicrum. Quisquis ergo mortalis est et moriturus, disce mori.

28. SIC ET CHRISTUS SEMEL OBLATUS EST AD MULTORUM EXHAURIENDA PECCATA. — « Multorum, » id est, omnium hominum ; qui multi sunt, inquit Theophylactus. *Secundo*, pro exhaurienda græce est *ἀνεργάω*, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

est æque, quod offerre, perferrè et sufferre

Due rationes, cur Christus coram Deo pro nobis appareret?

Triplex collatio et antithesis Christi cum pontificibus Aaronicis.

Unica oblatio sufficientis pro omnibus omnium temporum peccatis.

Locus Apocalypsis XIII 8, occisus.

Verba apostolica quibus Paulus intelligit per omnem malum esse peccatum.

Christi sacrificium ultimum et consummatio sæculorum omnium præcedentium.

Verba apostolica quibus Paulus intelligit per omnem malum esse peccatum.

Tertio, planius accipias ea generatim.

significat, *q. d.* Christus in se sustulit et pertulit peccata hominum, dum se quasi victimam pro peccato, et quasi hominum peccatis onustum Patri obtulit in cruce. Ita Chrysostomus et Theodoretus. Unde Syrus vertit, *et in seipso debach*, id est, *immolavit vel sacrificavit peccatum multorum*, ita scilicet, ut sacrificando illud omnino removeret et aboleret. Rursum, ἀναργιστὸν significat *sursum tollere*, et consequenter exhaurire: sicut aqua e puteo dum sursum tollitur, exhauritur; aut sicut poculum viri dum sursum ad os tollitur et bibit, exhauritur: sic Christus calicem passionis et peccatorum nobis debitum ad os eum sustulit, ebibit et exhausit, itaque culpam omnem absumpsit et abolevit. Hanc significationem secutus est noster Interpres, dum vertit *exhaurienda*. Discite hie, Christiane, per Christi gratiam peccata tibi non esse radenda, non secunda, non carpenda; sed plane exhaurienda, eradicanda et extripanda.

SECUNDO SINE PECCATO APPAREBIT EXPECTANTIBUS

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Decet non hostias Aaronicas, licet permultas, sed unam Christi in cruce hostiam expiare peccata omnia. Proinde, vers. 19, a dogmatibus ad mores transiens, infert et urget Hebræos, ut in fide Christi constantius sint, tum ob terrorem vindictæ Dei, vers. 26, tum ob pristinam eorum in persecutione constantiam, vers. 32, tum quia post modicum veniet Christus iudex et liberator noster, vers. 37.

1. Umbram enim habens lex futurorum honorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: 2. alioquin cessassent offerri, ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati: 3. sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. 4. impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam et oblationem noluit: corpus autem aptasti mihi: 6. holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt. 7. Tunc dixi: Ecce venio. *in* capite libri scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam. 8. Superius dicens: Quia hostias, et oblationes et holocaustomata pro peccato noluit, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, 9. tunc dixi: Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam: auferit primum, ut sequens statuat. 10. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel. 11. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, et easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata: 12. hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, 13. de cætero expectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus. 14. Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos. 15. Contestatur autem nos et Spiritus Sanctus. Postquam enim dixit: 16. Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, et in mentibus eorum superscribam eas: 17. et peccatorum, et iniquitatum eorum jam non recordabor amplius. 18. Ubi autem horum remissio, jam non est oblatio pro peccato. 19. Habentes itaque, fratres, fiduciam in-

SE, IN SALUTEM. — «Sine peccato, » id est, absque peccato. *Secundo* et melius, «sine peccato, » id est, non ut iterum se offerat quasi victimam pro peccato, ut sit metonymia, qua peccatum idem est quod victima pro peccato. Et hoc apte consentit cum verbis præcedentibus, quibus dixit Christum oblatum esse ad multorum peccata exhaurienda, græce ἀναργιστὸν, id est, perferenda, luenda et explianda, tanquam victimam pro peccato, uti explicuit Chrysostomus et Theodoretus. « In judicio, ait Anselmus, Christus apparuit non ut hostia, sed ut justitia in remunerando, » puta in puniendo et damnando infideles et improbos; et in premiando, salvando ac glorificando fideles et probos. Quare, o Hebræi, in Christum mortuum et crucifixum credite, constanter in fide Christi persistite, omniaque dura pro ea tolerate, quia brevi veniet Christus ad iudicium, ut hostibus vestris perniciem, vobis autem omnibusque se expectantibus, salutem æternam afferat.

introitu sanctorum in sanguine Christi, 20. quam initiavit nobis viam novam, et viventem per velamen, id est, carnem suam, 21. et sacerdotem magnum super domum Dei: 22. accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda; 23. teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit), 24. et consideremus invicem in provocationem charitatis, et bonorum operum: 25. non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. 26. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, 27. terribilis autem quedam expectatio iudicii, et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios. 28. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: 29. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei contulerit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit? 30. Scimus enim qui dixit: Mihi vindicta, et ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum suum. 31. Horrendum est incidere in manus Dei viventis. 32. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum: 33. et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti. 34. Nam et vinctis compassi estis, et rapinam honorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. 35. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. 36. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. 37. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, et non tardabit. 38. Justus autem meus ex fide vivit: quod si subtraxerit se, non placebit anima mee. 39. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

1. UMBRAM ENIM HABENS LEX FUTURORUM HONORUM, NON IPSAM IMAGINEM RERUM. — Vox enim probat et dat causam, cur lex legisque sacrificia non potuerint peccata expiare et homines sanctificare, sed id expectandum sit a Christo Christianique sacrificio, uti docuit cap. præced. Causa hæc est, quod lex tantum fuerit umbra honorum futurorum in novo Testamento, scilicet justitiæ, gratiæ et salutis dande per Christum: umbra autem non est res ipsa, sed tantum umbra rei.

Notat Theodoretus, et ex Nazianzeno Theophylactus, legi hic tribui *κατὰ*, Evangelio *ἐκείνα*, celo *ἀποσταλάσκει καὶ τὸ πνεῦμα*, id est veteri Testamento tribui umbram, novo imaginem, quia futura bona, quasi imago clare et expresse representat, rem vero ipsam et veritatem tribui celo. Verum quia Apostolus tantum comparat legem cum Evangelio, non autem cum celo; et quia vult docere Evangelium exhibuisse re ipsa remissionem peccatorum et gratiam, quam lex vetus per sua sacrificia et lustrationes adumbrabat: hinc melius Chrysostomus per *imaginem* intelligit veritatem rerum, sive res ipsas. Est enim hic metaphora ducta a pictoribus, qui primo carbone, aut penicillo, rudi modo rem delineant et adumbrant. Unde primam hanc et rudem picturam vocant umbram, quia prima est, rudis et umbratilis tantum delineatio rei, quam postea suis colori-

bus et pigmentis implent et exornant. ut stat pulchra et perfecta imago: nec enim pictorum ars habet, quo tendat ulterius, cum in pictura hæc sit ultima eorum manus et perfectio. Sic Deus in veteri lege tantum delineavit rudem quandam picturam et umbram reconciliationis et justitiæ per tot victimarum sanguinem et expiationem: in nova vero lege hanc reconciliationem et sanctitatem re ipsa expressit, expolivit, et quasi perfectam imaginem nobis depinxit et exhibuit. Unde Syrus pro *imaginem* veritatis, *קבוצה* *kebuma*, id est, substantiam rerum, quasi umbra fuerit in lege, res vero et corpus quod umbram efficit, sit in Evangelio. Quæ licet alia sit metaphora ab ea pictorum, quam inquit hic Paulus, idem tamen cum illa refert et significat.

NUMQUAM POTEST ACCEDENTES PERFECTOS FACERE. — «Perfectos, » id est, perfecte expiatis et a peccatis purgatos, justos et sanctos efficere suis hostiis non potest lex.

2. ALIOQUIN CESSASSENT OFFERRI, IDEO QUOD NULLAM HABERENT ULTRA CONSCIENTIAM PECCATI, CULTORES SEMEL MUNDATI. — «Cultores » vocat Judæos, qui suis victimis, lustrationibus et æremoniis colebant Deum: hos enim significat Græcum *λατρείουσαν*.

Dices: Quæ est hæc consequentia? si vetera sacrificia potuissent expiare peccata, ergo jam ces-

Car. let.
vetus,
legisque
sacrificia
non potu-
erunt
peccata
expiare?

Lex
vetus
umbram,
Evangelio
illam
imago,
celum
veritas.

